

www.e-rara.ch

Joh. Henrici Hottingeri, d., Bibliothecarius quadripartitus ...

Hottinger, Johann Heinrich

Tiguri, 1664

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-10565>

Viri admodum Reverendi & Clarissimi, Domini, & amici honoratissimi.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)



Viri admodum Reverendi & Clarissimi, Domini,
& amici honoratissimi.

INter eximia Helvetiæ nostræ decora , illud
meritò, viri graves, primum fermè esse voluerunt ; quòd
Ea non Martis olim ; sed & Artium , ab aliquò tempore, stu-
dia, cum triumpho atque honore exceperit ; exceptaque
cum successu aliquo tractârit. Non diffitemur , Erasmi
adhuc tempore *Helvetiam armis, quàm literis nobiliorem fuisse* :
eandem tamen dulci literarum nectare ita postea illectam, ut
(absit assentatio dictis) si non eventu, conatu saltem, cum alijs,
paria paulatim fecerit, cur dissimulemus? Quicquid enim alię,
remotissimæ etiam, regiones abstrusioris, & reconditæ ha-
buerunt eruditionis, Helvetia etiam nostræ, sancta quadam
æmulatione, suum, cultu & amore, esse voluit. Hinc tot præ-
clara de Antecessoribus nostris, non amicorum tantùm ; sed
Adversariorum etiam judicia, quorũ nonnulla nuper in *Scho-
la nostra Carolina* expressimus. Cura, de conscribendis *Biblio-
thecis* (ut de reliquis jam eorum lucubrâtionibus nihil dica-
mus) *Gessnerum*, Virum incomparabilem, *Simlerum, Frisium*,
&c. ita occupavit, ut vel hoc nomine eos de re literaria præ-
clare fuisse meritos, hætenus in dubium nemo vocârit. Que-
madmodum enim præcellentiorum, in qualibet scientia, Au-
thorum nomina habere in promptu , nec postrema laus est,
nec minima exquisitæ eruditionis pars ; ita publicâ gratiâ di-
gnissimi erant, qui una quasi mergite offerrent, quicquid per
amplissimum literaturæ campum erat diffusum. Vix majore
artificiosus Apelles expectare poterat laudem, cum exi-
gua tabella vastam expressit vel urbem, vel regionem, quàm
ubi

ubi ingeniosus Bibliothecarum Artifex, uno comprehendit pugno, quod vix ingens caperet spatium. Hinc etiam factum, quod tot, paucis ab hinc annis, Viri eruditi, egregio huic præsidio literario, suam consecrârint operam. Ego ingenue fateor, me ad eandem suscipiendam provinciam, ægrè accessisse; accessisse tamen, quod viderem, eos ita velle, & seriò quidem urgere, quibus plura longè debebã. Quò collimârim, aut quid scripto hoc meo intenderim, in ipso statim primæ partis indicavi limine; utrùm verò aliquo cum successu, id vestro, Viri Magni, stabit iudicio. Prodesse volui; si, quo minus id possem, obstiterunt vires, æqui consulenda erit voluntas. Id quod tantò mihi confidentius polliceri audebo iudicium, cum Vestrum, Viri Reverendi & Clarissimi, accesserit patrocinium. Vestris enim Nominibus ipsum Bibliothecæ meæ ingressum munire volui, quod & posse tanta authoritate arceri livorem, & velle Vos imbellem hunc fatum splendore Vestro comitari, orbique literato commendare, extra dubitandi aleam ponerem. Neque enim alijs Vestra minus in Rempublicam literariam ignota possunt esse merita; quàm mihi singularis vester in me affectus, per longum fatistempus, exploratè perspectus est. De gravi præsentia Tua, Venerande D. HEIDANE, tantò mihi, ante annos, nisi fallor, propemodum novem, totique Collegio Sapientiæ Electorali effusus fui gratulatus, quantò & prolixius gaudia tua, tantùm non lachrymosa, pro restitutione Zionis & testatus fuisti, & majori integritate benevolentiam Tuam in meum declarâsti. Manent alta mente reposta, quæ tum nihil vel merito tale, vel expectanti, integræ fucique puræ amicitiae reliquisti testimonia. Sed & tua, Celeberrime HORNBECKI, non privata tantùm Epistolarum gratissima monumenta; verùm etiã diffusæ eruditionis publica documenta, quibus rem Christianam felicissimè etiamnum juvare pergis, in Bibliothecæ meæ forulis, liberalitate hætenus Tua, extare voluisti, ut ne posteritas quidem ignoraret, quantum Tibi & ego debuissim,

debuiffem, & ipfi Tuis velle deberent. Vestra verò, Clariffimi Viri, MESTREZATI, & TURRETINE, benevolentia, quam mihi, aliisque meo nomine, non femel probaſtis. publicum tandem non ingrati aut immemoris animi flagitare videbantur, & noſtro quidem ordini neque inſolitum, neque illiberalè, indicium. Alia quidem ſuper eſſent argumenta, quibus tamen enarrandis ſuperſedeo, ne, qui de gratiæ in Vos mentis publico ſolicitus ſum *τεμπνίκα*, æri me potius graviori involvam. Satis ſit, me & hoc Vobis debuiſſe, & majorum reum manere. Accipite igitur, Viri Magni, quod candido Vobis deſtinatum eſt animo. Admittite Bibliothecarium, non ſcriptorum tantùm Theologicorum, aliorumque, Catalogum, & ubi opus eſt, vindicem; ſed & mentis meæ, vobis devotæ & addictæ, certiffimum indicem. Et qui hæcenus haud obſcuris probare voluiſtis lucubratiunculas meas testimonijs; huic, obſecro, toties à magnis Viris flagitato, & tantùm non extorto opuſculo calculum veſtrum ne denegetis. DEUS TER. OPT. MAX. exulceratiſſimis hiſce temporibus Conſilia & ſtudia Veſtra jubeat eſſe univerſæ Eccleſiæ ſalutaria, Academijſutilia, Vobis honorifica. Valete, *Venerandi Domini, amici & Fratres honoratiſſimi*, eumque ſolito proſequi amore pergite, qui, ut fuit hæcenus, ita etiam eſſe cupit deinceps,

Tiguri d. 18 Januarii
1664.

*Reverendi & Celeberrimi Nominis veſtri
obſervantiſſimus*

JOH. HENRICUS HÖTTINGERUS.

Quia p. 115. mentio facta est nummorum quorundam Orientalium, places, ne pagella vacet, unum adhuc atque alterum, ab amicis interea oblatum, inferere. Arabicum argenteum nuper dono accepti, ab Amplissimo Kiburgici Comitatus Administratore, D. Ioh. Henrico Rhanio, amico honoratissimo, cujus inscriptionis altera pars ita habet לַאֱלֹהִים אֵלֹהִים אֵלֹהִים מַלְכָּא לֹא שְׂרִיכָא לֹד
 Non est Deus, nisi ille Deus, Rex, neque socium habet. Cætera sunt paulò obscuriora, tam Punctis de criticis, quàm vocalibus destituta. Reverendo D. Spizelio, Augustano Ecclesiastæ acceptum fero antiquissimum Siclum æneum, & talem quidem, in cujus explicatione hæctenus eruditi multum fuerunt occupati. Meminit ejus Villalpandus, & alii, ex eo. Priorem faciem hic legit מול עת Tempus circumcissionis, quasi *περιτομικός* esset nummus illius circumcissionis, cujus mentio *ios. 5. 2.* alteram verò מַעְבְּרוּ quod pinguedinem terræ Canaan exprimit, Nobis prioris faciei alia placuit lectio שמעון *schimeon*. Eam luculentissimè confirmat Nummus noster Spizelianus, ubi literæ clarè satis & distinctè vocem שמעון expriment. Posterioris verò faciei literæ magnam quidem partem sunt *exelæ*, nihil tamen, omnibus diligenter expensis, colligi aliud videtur, quàm ישר שקל ישראל הקדושה *siclus ierusalem sanctæ*. Illud evidenter conijcere possumus, vana esse & frivola, quæ de antiquissimo (vix enim antiquius rei nummarie Hebraicæ monumentum extare puto) hoc nummo, *Villalpandus* & alij sunt hariolati, quasi ad ultima Iosue tempora ille referendus esset, cum gemina illa inscriptio ad sequiorem nos rejiciat ætatem, & eam quidem, quam in *Tractat. nost. de Num. Oriental* p. 131. ostendimus. Accesserunt & alia *εκτυπη* Arabica, Lipsiâ, à D. Henrico Mejero, quindecim, (ex quibus tamen unicum, eoque rarius, est Ægyptiacum, non modò literatura Coptica, sed & Isis imagine conspicuum) à D. M. Scherzero duo, exacta satis: quorum nonnulla antiquissima sunt, quædam mediæ, quædam etiam ultimæ ætatis. Pleraque inscriptiones habent Alkoranicas, majores præsertim, in quibus hæctenus penè omnibus, argenteis & aureis eandem ferè *Πατρισταφύ* observavi, qualem & Kiburgicus habet. Vnus & alter est, non infimæ ætatis, in cujus altero latere vel animal aliquod, vel soliti veterum Arabum ductus Calligraphici apparent. De quibus tamen distinctè, hac appendice, minus commodè ageretur. Monere interim volui, quid amicis deberem, ut constaret, quàm studiosè à paucis annis res nummaria Arabica in nostris oris aucta fuerit & locupletata. Poterunt, ubi Deo visum fuerit, hæc aliquando in *Tractat. nostro de Nummis Orientalium* plenius exponi.